



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-3486-p0001-9

DFG



QK. 523, 16.

B. M.

II a
8

Q. D. B. V.

De

IMAGINIBUS VIRORUM CLARORUM, BIBLIOTHECARUM OR- NAMENTO,

Inclusæ Facultatis Philosophicæ Indultu

d. XXV. Novembr. M DC XCII.
different

M. JOHANNES DAVID Schreber/

&

JOHANNES Gottlob Pfeiffer/
Misenenses.

LIPSIÆ
Literis JOHANNIS GEORGII.



De institutio
scribendi de
Bibliothecis.

I.

Quod usitatum est hactenus, & consen-
taneum videtur maxime, ut ejus rei, abs quâ
fructus aliquis ad nos pervenire solet, cura
geratur præcipua, monstranturque viæ ac
rationes, quibus acquiri non tantum illa, sed
sustineri etiam, magisque perfici possit; id in sua cum-
primis Republica Rei literariæ proceres observarunt,
posteaquam nosci cœpit & deprehendi passim, quod
ex Bibliothecarum conditu in eam redundare suevit
commodum, quantoque fuerint hæ per longum secu-
lorum decursum ad sapientiam adiumento. Enim ve-
ro surrexerunt magno agmine, qui autores essent sua-
foresque summis Principibus, ut, quibus ad Musarum illa
delubra opus esset sumptibus, benigne eos suppedita-
rent, & vel hac etiam via nominis sui quærerent im-
mortalitatem, quemadmodum, historia quidem teste,
extiterunt quoque semper, quibus imperii negotia cu-
ris hujusmodi distinguere voluptati fuit. Alii rem ag-
gressi Bibliothecas adornarunt ipsi, aut scriptis etiam or-
dinem exposuerunt, quo exæte quævis sint distribuen-
da & quodnam sit officium illius, qualesque debeant
esse ingenii dotes, qui præesse ipsis cum laude satagat.
Alii jacturam questi, quam per temporum iniurias tot
prisci ævi monumenta passa sunt, memoriam eorum un-
decunque collectam nobis reliquerunt. Aliis vicissim
singularum Bibliothecarum historiam, & evulgatos li-

A

bro-

librorum Catalogos debemus, quemadmodum nec defuerunt, qui de arcanis Bibliothecarum solliciti ad insignem eruditioris orbis usum scriptorum codicum titulos publicare operæ pretium arbitrarentur. Quorum quidem de industria ceu fas est oppido gaudere, ita vitio nobis fore non existimamus, si labores illos, qua decet, reverentia venerantes, in eo, quod subinde singulare habent & eximum Bibliothecæ, CLARORUM nempe VIRORUM IMAGINIBUS, quæ non parum faciunt ad ornamentum ipsarum & gloriam, cogitationes nostras nunc potissimum defigamus. Credo equidem grave nos subituros esse judicium, si de instituto hoc coram Magno Balzacio ratio foret reddenda. Is enim quando amicum suum ex Italia domum reducem de admirandis ejus regionis sciscitatur, muta quidem marmora, picturasque ad profanas vulgi delicias rejicit, & indignas arbitratur mentis suæ contemplatione. *Epi-*
stolar. L. I. p. m. 42. At enim vero quemadmodum alii sunt omnino thesauri, quos indagant præcipue, qui in Bibliothecas deferuntur, quibusque pretium ipsis potissimum statuitur, libri nempe, plena isthæc omnis sapientiæ va- fa & testes; ita tamen nec plane ineptus eris, si ad orna- menta ista quandoque & limis, quod ajunt, oculis respi- cias. Nam & phaleras spectare solent, qui Pegasum mirantur.

Imagines
Claror. Vi-
rorum con-
servatae vel in
locis publi-
cis.

II. Quemadmodum vero per vetustum studium est conservandi eorum effigies, qui de Republica insigniter fuerant meriti, ita non unus etiam suffecit locus, quo illæ ad posterorum memoriam & gratum oculo- rum pabulum exponerentur. Publica & per vulgata virtus publicum exposcit campum, unde datus olim hic honor Viris Magnis, ut sub dio saepius illustres ipsis statuæ

statuæ ponerentur, prout ex Cicerone hoc, Svetonio, Tacito, Plinio & Plutarcho pafsim colligi potest, quorum exscribere loca eo minus necessarium arbitramur, quo diligentius Baro Figrelius in eleganti *de Statuis veterum* libro rem omnem persecutus est, cui Cœlius Rhodiginus *Antiquar. Lection. L. XXIX. c. 24* Franc. le Me'ecum *Tractatu* suo, quem *de Statuis* ante quatuor annos, occasione statuæ Ludovico XIV. per Franc. Ducem de la Feuillade erectæ, Parisiis edidit, & tot alii rerum antiquarum scrutatores adjungendi sunt. Neque defuerunt nostris temporibus, qui simili honoris genere Principum maxime Virorum famæ & meritis consulerent, vel qualicunque etiam felicitati blandirentur.

III. Propius ab instituto nostro absunt, quæ de *Vel in Curiis*. imaginibus in Curiis conservatis legimus. Moris fuisse apud Romanos, curiam suam varii generis picturis decorare, Plinius testatum fecit, quando M. Valerium Maximum Messalam, abs quo, eodem teste, præcipua artis pictoriae dignatio Romæ increvit, tabulam prælia, quo Carthaginenses & Hieronem in Sicilia devicerat, propo- fuisse in latere curiæ Hostiliæ scribit L. XXXV. c. 4. At seorsim etiam Clarorum Virorum facies exhibitas fuisse, Taciti probabimus narratione, quando *Q. Hortensii* ne- potem M. Hortalum paupertate coactum cum quatuor filiis ad curiam venisse, & in Senatus palatio, habita Oratione gravi, monstrataque modo Hortensii inter Oratores, modo Augusti imagine, misericordiam Tiberii & inopiæ suæ levamentum aliquod quæsivisse refert, *Annal. II. 37. Conf. de Catone* locum Valerii Maximi §. seq. addu- etum. Transiit consuetudo hæc ad ætatem nostram, qua tabulas hujusmodi in bonam eorum memoriam, qui ad clavum Reipublicæ federant, in curiis appensas videre non est inconsuetum,



Vel in Tem-
plis, qua oc-
casione agi-
tur de vani-
tate Pontifi-
ciis in tem-
plis suis ex-
ornandis u-
sitata.

IV. A Curia transeamus ad tempла, prisca etiam
temporibus picturarum varietate exornata. Pote-
runt videri eam in rem Pausanias & Plinius passim; ma-
xime vero hic L. XXXV. c. 4. Nobis cum ad humanas
effigies respicere solum animus sit, sufficiat annotasse lo-
cum ex Valerio Maximo, qui L. VIII. c. 15. imaginem P.
Scipionis Africani in templo Jovis Capitolini asserva-
tam memorat. Superior, inquit, *Africanus imaginem in*
cella Jovis Optimi Maximi positam habet, quæ quotiescumq;
fus
nus aliquod Corneliae genti celebrandum est, inde petitur, unig
illi instar atrii Capitolium est; tam hercule, quam curia superiori
Catoni, unde effigies illius ad ejusdem generis officia expromitur.
Causam, ob quam honoris Scipioni datus, explicat Ap-
pianus *de bello Hispaniensi* p. 912. 913. edit. Gryphian: *Capt a Car-*
thaginæ, (ita vertit Curio) summis laudibus efferebatur ab o-
mni bus mortalibus, quibus persuasum erat, cum omnia instinctu
divino potius, quam humano consilio gerere. Quin & ipse idem
sibi persuaserat — — ejus rei causa in Capitolii templum s&p;
numero solus ingredi consueverat, foresque claudere, quasi à Deo
docendus. Ex quo etiam hodie in publicis pompis sola Scipionis ima-
go ex Capitolio trahitur, cum aliorum imagines ex foro trahan-
tur. Conf. quæ dicit Oliverius ad Valer. Maxim. l. supra alleg.

Cum autem veteres imagines suas clypeis, quibus in-
pugna utebantur, continere solerent, quod institutum
plenum virtutis vocat Plinius, & Grammaticos ridet, qui à
cluendo vocem clypei deducant, XXXV. 3. inde, eodem
teste, in more fuit positum, dicare in loco sacro scuta ist-
hæc, cumque scutis adeo vultus venerandos, & hono-
rum titulos. Imo & Christianis, postquam Imperato-
ribus ad veram fidem conversis, Ecclesiæ nacti sunt, ima-
gines Basilicarum ornamenta non displicuerunt, de quo
instituto, & quomodo in cultum Idololatricum postmo-
dum



dum degeneraverit, ex alia cathedra disquiri solet. Vid.
post alios. B. Kroinayerus *Disputat. de Apostasia Eccles. Ro-*
manæ Decad. II. Disput. I. Servatur vero hodienum apud
nos ea consuetudo, ut quorum fuit in verbo Dei prædi-
cando & gerendis Domini, quæ vocant, bellis spectata
fides & labor egregius, eorum effigies publice suspen-
dantur: qualis quidem res ceu insigni est adiumento ad
conservandam mortuorum memoriam & ad virtutis a-
pud viventes studium; ita longissime abit à praxi Ro-
manæ Ecclesiæ, quæ, ut de cultu imaginum idololatrico
nihil adjiciamus, duplicem tamen eo nomine incurrit
reprehensionem, quod & *immodicis sumptibus aut extruat,*
aut ornet monasteria sive templa, cum interim tot viva Christi
templa fame periclitentur, nuditate horreant, rerumque necessa-
riarum inopia discrumentur, quæ justa prolixaque est Erasmi
querela in *Convivio Religioso Colloquior. p. m. 119. seqq.* &
quod inani studio imaginibus quibusdam suis antiquita-
tis colorem inducere nitantur. Mira sunt, quæ de Chri-
sto, Maria, Petroque abs Luca depictis fabulantur Pon-
tificii, confutata ex meritis in *Exercitationibus Joh. Reis-*
ckii de Imaginibus JESU Christi Exercit. V. tota. Cæterum
possunt videri speciatim de pretiosis hujusmodi monu-
mentis Itinerariorum scriptores, estque cum primis di-
ligens in annotandis illis, qualia quidem in Italia vide-
rat, Richard Lassel, cuius de Itinere Italico liber in Gal-
licam & Germanicam lingvam translatus extat.

V. Erat etiam moris olim, historias, fabulas, alia-
que multa porticibus depingere, vid. allegat. Zimmer-
manno in *Analectis Menstruis, Mens. VII. p. 366.* Liquetque
vel unius Cornelii Nepotis testimonio, illustrium Viro-
rum effigies in illis conspectas fuisse. Memoratis, Mil-
tiadi talem tributum esse honorem, ut in porticu Atheni-
ensi

ensum, quæ Pœcile vocatur, cum pugna depingeretur Maratho-
nia, in decem prætorum numero prima ejusimago poneretur I. 6.
3. Junge Pausaniam, qui in altero Græciæ ocello, La-
cedæmone, in foro *omnium operum nobilissimum* porticum
esse scribit, quæ Persica appellata, quod de Persarum
manubiis ædificata sit, & Persicorum ducum statuas
candido factas lapide singulare habeat ornementum in
Laconicis sive L. III. p. 167. edit. Latin. Sylburgian. Libertum
Neronis, cum daret Antii munus gladiatorium, publicas porti-
cus pictura investivisse, gladiatorum ministrorumque omnium
veris imaginibus redditis, testatur Plinius XXXV. 7. Imo
picturis maxime floruit ea porticus, quam Neapoli in
Suburbio vidit Philostratus, cuius tabellas non sine ma-
ximo labore à quopiam collectas ipse Libris II. expo-
suit, nactus in hoc studiorum genere æmulum Philo-
stratum ex filia nepotem, cuius Icones una cum Calli-
strati Statuarum Ecphrasibus libris istis in Morelliana e-
ditione subjuncti sunt.

Vel in Gym-
nasiis.

VI. Idem quoque Græci Gymnasia sua & Aca-
demias simulacris benemeritorum decorare consueve-
runt, quemadmodum Plinius testatur, quod Athenienses
Bero so ob divinas illius prædictiones publice in Gym-
nasio statuam inaurata lingua statuerint, VII. 37. conf.
de Gymnasi, quod Ptolomeum dictum, statuis & lapi-
dibus Pausanias in *Atticis sive L. I. p. 28.* & de aliis passim.
Cumque Mercurius & Minerva sermonis sapientiaeque
crederentur Dii, inde jungere eorum signa, quæ Her-
mas vocabant & Hermathenas, usitatum fuit. Vid. Pau-
sanias iterum, & de Romanis Græcorum æmulis Cice-
ro, cuius loca huc facientia collegit Figrelius de *statuis*
veterum c. 24. Quibus alterum placet jungere ex sequio-
ris ævi scriptore Sidonio Appollinari, qui cum primis
huc



huc facit. Is enim quando L. IX. ep. 9. de Fausti Papæ novo-
vo cum Philosophia conjugio, quodque gentilibus eam
injustis possessoribus eripuerit, lætatur, illum, qui Fa-
ustum buic matrimonio copulatum lacesiverit, nunc sentiturum
esse, scribit, Ecclesiæ Christi Platoni Academiam militare, ipsum-
que nobilius philosophari; primum, ineffabilem Dei patris asse-
rere cum sancti Spiritus aeternitate sapientiam; tum preterea
non cæsariem pascere, neque pallio aut clava, velut sophisticis in-
signibus, gloriari, aut affectare de vestium discretione superbi-
am, nitore pompam, squalore jactantiam, neque ipsum (Fa-
ustum) satis hoc æmulari, quod per gymnasia pingantur Areopa-
gitiæ, vel Prytaneum, Zeusippus cervice curva, Aratus panda,
Zenon fronte contracta, Epicurus cute distenta, Diogenes barba
comante, Socrates coma candente, Aristoteles brachio exerto,
Xenocrates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clausis, Demo-
critus risu labris apertis, Chrysippus digitis propter numerorum
indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis,
Cleanthes propter utrumque corrosis &c.

VII. Imo vero privati etiam in ædibus suis suo-
rum olim imagines ad posteritatem conservarunt. Te-
stes sunt ejus rei Atria fumosis imaginibus subinde
plena. Effigies majorum cum suis titulis idcirco in prima ædium
parte poni solere, ut eorum virtutes posteri non solum legerent,
verum imitarentur, scribit Valerius Maximus L. V. c. 8. De
forma imaginum illarum, quæ cera potissimum, adscri-
ptis inferius titulis, exprimebantur, thecisque suis in-
clusæ in funere nobilium longa pompa efferebantur, di-
ligenter agit Alexander ab Alexandro Genialium dierum
L. V. c. 24. & post eum Lipsius Elector. L. I. c. 29. Abusum
vero atque vanam quorundam in copia imaginum glo-
riam damnant passim Romanarum rerum Scriptores,
facitque huc egregie tota Juvenalis liberrimi morum
Cen-



Censoris *Satyra VIII.* & ut alia omnia nunc transeam, præclarum Senecæ monitum ex *L. III.*, de benefic. c. 28. Nemo, inquit, altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiae suæ, longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima eadum collocant, noti magis, quam nobiles sunt. Unus omnium mundus parens est, sive per splendidos, sive per sordidos gradus ad hunc prima cujusque origo perducitur. Non est, quod te isti decipient, cum majores suos recensent. Ubicunque defecit nomen illustre, illico Deum fingunt.

Vel in cubi-
culis.

VIII. Qvos vel amore complectebantur aliquo, vel studio singulari colebant, eorum effigies cubiculis suis inferre veteres solebant. Meminit Plinius vultuum Epicuri per cubicula gestatorum, *XXXV. 2.* Et Svetonius inter cubiculares Augusti puerilem ipsius imaginam Principi abs se donatam coli *in vita Augusti* c. *VII.* ac eundem Augustum effigiem unius ex Caligulæ liberis in cubiculo suo positam, quotiescunque introiret, exosculari scribit, *in Vita Caligulæ* c. *VII.* Quemadmodum de Alexandro quoque Severo constat, quod in larario suo, cubiculo maxime confini, & divos principes, sed optime electos, & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, CHRISTUM, Abraham & Orpheum & hujuscemodi deos habuerit, ac majorum effigies, vid. Lampridius *in Ejus vita* c. *29.* De imaginibus cubicularibus egit Pontanus *Attic. Bellar.* p. 774. de laribus vero & larariis nuper admodum Baudelot de Dairval *de l'utilité des voyages Volum. I.* p. 82. seq.

Vel in Pinacothe-
cothes, ubi
de studio Pi-
nacothecario
in genere.

IX. Pinacothecas integras plenas veteribus tabulis memorat Plinius *XXXV. 2.* & *ii.* & ante Pliniū m Varro etiam Luculli Pinacothecæ meminit *L. I. c. 2.* eodemque ac inferius c. *59.* Oporothecarum splendorem ex illarum magni-



magnificentia adstruxit. Talis erat illa, in quam delatus Eucolpius Zeuxidis manus vidit nondum vetustatis injuria vietas, & Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia non sine quodam horrore tractavit &c. apud Petronium p. 92. Edition. Goldast. in 8. Quanquam cum Janus Doufa in Precidaneis adh.l. Pinacothecas templis fere ac porticibus publicis annexas fuisse arbitretur, commodius forte hæc ad §. 5. referri possent. Erant vero Pinacothecæ loca, in quibus tabulæ pictæ, cælatum argentum, stragula vestis, signa & ornamenta reponebantur, teste Alexandro ab Alexandro Genial. dier. l. V. c. 24. de quarum structura versus septentrionem ob luminis constantiam agit Vitruvius L. I. c. 2. & L. VI. c. 4. Antiquorum hac in re magnificentiam nostra ætate summi principes, imo subinde etiam privati imitantur, non tabulas tantum, geminas & numismata, sed quicquid singulare vel natura profert, vel hominum industria componit, aut peregrina Regio transmittit, Museis suis & Pinacothecis colligentes. Quod quidem studium tametsi suam subinde stultitiam patiatur, non parum tamen haetenus ad comparandam eruditæ antiquitatis notitiam profuit, imo obscurioribus scriptorum veterum locis aliquando lucem affudit non spernendam. Merentur vero potissimum commendari hic Ceimeliothecæ Italorum, apud quos hodie ædes Barberinæ adeo celebratæ sunt, ut exteris, cum primum Romam urbis visendæ causa appellunt, prius de Prænestinorum principum Palatio, quam de ceteris ejusdem urbis magnificentiis solliciti sint, teste Mich. Angelo Causeo in *Museo Romanos. Thesauro Eruditæ antiquitatis*, quem nuper vulgavit, Sect. I. p. 28. 29. Olim autem Fulvii Ursini, veri Romanarum antiquitatum promi ac condi, similis effulsit

B

splen-



Antverpiæ
1606.

splendor, ex cuius numismatibus, marmoribus & gemmis Imagines illustrium selegit & incidit Theodorus Gallæus: Commentario vero, quem ante ipsum cœperat Scioppius, illustravit Jo. Faber Bambergensis Medicus. Paulus vero Jovius, Episcopus Nucerinus, ipse Museum suum ob amœnitatem loci, lætam tabularum varietatem, imo etiam hominum, eo confluentium, copiam maxime celebratum descripsit, & descriptionem ejus Elogiis Virorum literis illustrium præmisit. Cui jungendus est præ aliis Laurentius Pignorius Patavinus, cuius Vitam, Bibliothecam, & Museum, in quo inter alias Baronii, Bellarmini, Petrarchæ, Pinelli, Torquati Tassii, Ciceronis effigies, statuæ etiam, nummi & elegans antiquitatum suppellex, descripsit singulari libello Tomasinus Venetiis, 1632. Jucunda porro sunt, quæ de Lælio Gvidicciono narrat Erythræus, cuius verba haud piget adscribere: *Incredibili, inquit, tabularum studio & cupiditate flagrabit, adeo, ut in illis comparandis, nulli neque labori neque sumtui parceret, ex iisque insignem domi sue pinacothecam instruxerat, in quam summa ambitione omnes sive cives sive hospites introducebat, ipse erat uniuscujusq; demonstrator, ipse laudator, ipse memoria omnium eorum artificum nomina repetens, quorum eas manu depictas ajebat, atque has Michaeli Angelo Bonarotæ, has Raphaeli Sancio Urbinati, has Perino Vago, aliisque, qui longe omnibus pingendi arte præstiterunt, tribuebat; in quo, ut insignem quendam pictorem dicere audivi, qui sapientius eas attente consideraverat, mire se decipiebat, vel ab aliis, qui eas illi carissime divenditas obtruserant, deceptus errabat.* Pinacoth. Imagin. P. II.n. XL. Marcum Boschi, cuius extat liber, *le Minere della pittura*, in præfatione istius promisisse alterum di tutte le Galerie pur di pittura, che si ritrovano in Venezia Gregor. Leti me docuit



cuit, *Italia Regnante p. IV. L. I. p. 219.* Neque hic Olai Wormii Museum tacendum est, continens magno numero, quicquid rari vel natura protulit, vel ars humana adinvenit. *Ejus L. IV. p. 387.* inter alia mentio fit imaginis Catoptricæ, ad leges opticas factæ, quæ primo conspectu nil nisi confusum chaos, sed adhibito speculo eleganter elaboratas imagines Cardinal. Richelii, sceleti humani, Monachi Benedictini & nudæ virginis exhibet. Idem Wormius, ut hæc obiter addam, *p. 106.* in Thesauro Magni Ducis Hetruriæ Turcoidem se testatur vidisse, cui juglandem magnitudine æquanti Ju. lii Cæsaris effigies insculpta fuit. Laudat Ducis istius Galeriam, ut vocant, Mabillonius etiam, & singularem esse scribit in uno ejus conclavi collectionem multarum tabellarum, in quibus pictores se ipsos expresse-runt, *Musei Italic i p. I. p. 167.* Claruit apud Gallos eodem Pinacothecario studio Marollesius Abbas, qui ipse Catalogum vulgavit imaginum & figurarum Musei sui, quæ in Regium postmodum pervenerunt. vid. Baillet *Jugemens des scavans. Tomo. II. P. I. p. 269.* Embricæ vero hodie totus est in colligendis iconibus Cornelius à Beughem, earumque etiam insignem numerum ex antiquis marmoribus, numismatibus, gemmisque, non sine rei domesticæ, ceu ipse fatetur, clade, collegit. Notitiam earum dedit in *Museo Beughemiano*, quod Bibliograph. Historicæ, Chronologicæ & Geographicæ Ao. 1685. editæ subjunxit, sperans fore, ut si suppeditent, quæ defunt ipsi adhuc Mœcenates, earum dare possit aliquando descriptionem luculentam. Museorum alias rerum curiosarum copia florentium singulares extant descripciones, nominanturque *Antiquitates Neomagen-ses*, *Museum Calceolarium Veronæ*, 1622. *il Museo di Mansfredo*

Septala in Tortona, 1666. Il Museo di Ferdinando Cospi in Bologna 1677. Il Museo de Moscardi in Verona 1672. Museum Kirckeri apud Baudelot de Dairval de l' utilité de voyages P. I. sub finem. Quibus Pinacotheca Gottorpiensis descriptionem vernacula, quam Ad: Olearius Ao. 1674. edidit, addimus. Cimeliothecam Cæfaream Vindobonæ ab se, in eaque illustrium Pictorum tabulas vias commemorat Carol. Patin in libello: *Relations Historiques de voyages en Allemagne, Angleterre & Hollande* Ao. 1676. edito. Singulariter ejus descriptionem Lambecius Commentar. de Biblioth. Vindobon. L. I. P. I. f. 24. universalem vero Museorum enarrationem de la Croix du Maine s. Crucimanus promiserat, teste Almelovenio in *Bibliotheca promissa* p. 15. meminitque cœpti à Jo. Dan. Majore, Medico Kiloniensi, de *Museis rerum naturalium & artificialium laboris Clar. Mollerus Isagog. ad Historiam Chersonesi Cimbricæ* P. I. c. 2. p. 14.

Vel in libriss.

X. Imo integris etiam voluminibus collecti illustrium hominum vultus & ad posteritatem transmissi sunt. Antiquum esse institutum istud Plinius confirmat, quando de M. Varone scribit, quod *benignissimo invento insertis voluminum suorum fæcunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed & aliquo modo imaginibus non passus sit intercidere figuræ, aut vetustatem & vi contra homines valere, inventione muneric etiam Diis invidiosus*, quando immortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique & claudi possent, XXXV. 2. Atticum vero, præter Plinium d. l. Cornelius Nepos versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterint, exposuisse, scribit, ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripserit, XXV. 8. Neutrum voluminum illorum ad nostram ætatem pervenit, nec tamen

tamen defunt hodie, qui simili industria Clarorum Virorum imagines hinc inde conquisitas in lucem publicam emittant, imprimis postquam ars incidendi in metallum nota nobis cœpit esse & familiaris. Jovii, Boissardi, Bezæ & Imperialis hoc ingenere labores commendat B Thomasius in *prefat. de Clarorum Virorum Imaginibus, Disputatione de Virtute Heroica p̄missa p. 27.* Quamvis Boissardi Icones plane non sint ad vivum factæ, judice Morhofio *Polyhistor. Literar. L. I. c. 19. p. 227.* Imperialis vero Museum, tametsi de cetero bonus liber sit, & contineat memorabilia multa, vid. Morhof. d. l. styli tamen dissimilitudine laborat. In Meursii Athenis Batavis expressæ sunt plerorumque imagines, qui in Academia Lugduno-Batava docuerunt, ad cuius exemplum B. Spizelius Tempulum, quod vocat, honoris celebrioribus huius seculi Theologis, exhibito simul cuiuslibet vultu, construxit, & Augustæ Vindelicorum prodire jussit. In Italia Jac. Phil. Tomasinus illustrium Virorum Elogia cum iconibus pulicavit; neque pridem adeo Carolus Patinus, elegantis eruditionis Vir, misso in lucem Lyceo Patavino eorum, qui hodie Patavii docent, vitas dedit & imagines, de quo libro vid. *Acta Eruditor. Ao. 1682. p. 374.* Prodiit eodem, cum Lyceo illo, anno, Isaaci Bullarti liber, *l' Academie des sciences & des arts dictus, in quo ille nulla habita ætatis aut loci ratione, Virorum, qui vel consiliis in aula, vel literis in Academia, vel artium etiam aliarum inventione & cultura claruerunt, vitas recenset, & imagines exacte fistit.* Pauli Freheri *Theatrum Virorum Eruditione clarorum, quod itidem superiori decennio, at minori multum apparatu, vulgatum est,* Christiano Thomasio multis nominibus, imprimis vero ob omisias Verulamii, Cartesii, Conringii & Jacobi

Thomasii, reliquorum vero expressas male imagines vapulat vid. Ejus *Colloq. Menstr. 1688. P. II. p. 247. seqq.* Taceo similia Laurentii Crassi, Andreæ Theveti, Johann. Sambuci, Phil. Galæi, Nic. Reusneri & aliorum scripta, quorum apud Morhofium d. l. & in Catalogo Bibliothecæ Thuanae P. I. p. 494. 495. fit mentio.

Et tandem in
Bibliothecis,
qua occasi-
one de Ori-
gine conse-
tudinis istius
agitur.

XI. Tam pertinaci studio ab ultimis pene seculis in imaginum collectione homines contenderunt, fo- rentque ea loca fere præcipua, quibus eas voluerunt esse ornamenta; sed properamus nunc ad scopum dissertati- onis hujus & Bibliothecas, loca quidem in Republica con- spicua maxime & veneranda, quibus similiter honor iste dari, eademque ex picturis gratia conciliari debuit. Ori- ginem rei istius ad Romanos refert Lipsius & Roma- num inventum, dicit, Imagines in Bibliothecis dicare, ne omnia bella ad Græciam referantur, adducens Plinii testimonium, qui dubitare videtur, an priores cœperint Alexandriæ & Pergamini reges, *Syntagmat. de Bibliothec. c. 10.* At antiquius esse studium istud, fere persuadent me, tum ipsa pictoriæ artis vetustas & dignitas, tum æstimium Bi- bliothecarum per tot secula singulare. Illius quidem i- nitia Ægyptii pariter ac Græci ad remotissima tempora referunt, vid. Polydor. Vergilius *de Invent. rerum L. II. c. 24.* Abrahami vero patri Taræ, Eusebii potissimum & E- piphanii autoritate inductus transcribit Schefferus *de ar- te pingendi p. 11.* Quam litem meam non facio; has autem, ut de antediluvianis, de Ebræorum porro, Arabum, Chaldæorum & Ægyptiorum Bibliothecis nihil dica- mus (vid. de illis Maderus in *præfation. ad collectionem li- bellorum de Bibliothecis*; de his Lomeier *de Biblioth. c. 2. 3.* & Lipsius *d. l. c. 2.*) insigni plane industria Græci, litera- rum scientiarumque gloria & bellicæ disciplinæ laude floren.



florentissima gens, adornarunt, cuius rei atque de Ptolo-
mæorum Alexandriæ, tum Atheniensium insuper studio
luculenta extant testimonia apud Lomeier. c. 5. &, qui
Lomeierum fideliter exscribit, Gallesium *Traité des plus
belles Bibliothèques de l'Europe*, p. 34. seq. Jacent quidem illæ
omnes alta jam pridem ruina oppressæ, nobisque nil nisi
fœcunda lugendi materies nascitur, quando legimus,
quæ de interitu ipsarum in *Præfatione Græc. Ling. Erotemati-
bus præmissa* conscripsit Michael Neander, vel conscribere
molitus est Joannes Baptista Ferretius, de cuius insti-
tuto Morhofius L. I. c. 5. videatur; interim fit verosimile,
Romanis etiam in studio eo dicandi imagines Græcos
æque, ac in aliis, prævissæ, neque pereuntibus illorum
Bibliothecis libros tantum, sed imagines etiam & tabu-
las periisse.

XII. Imagines ex auro argentoque, imo ex ære
quoque factas Plinius XXXV. 2. tabulis depictas & ex-
hibitæ esse, alter Plinius L. III. Epistol. 7. testantur. Conf.
Lipsius *Syntagmat.* c. 10. Fuisse itidem ex gypso composi-
tas, colligitur ex Juvenalis *Satyræ* II. v. 4. Nec dubitandum,
cereas etiam usurpatas, cum in atriis ceræ vel maxime locum habuerint. Vid. Juvenalis *Satyr.* VIII. 19. Dicabantur vero eorum cum primis imagines, quorum immortales animæ in iisdem locis loquebantur, teste Naturalis historiæ scriptore l. supra d. Imo inter literatores illos Imperatorum vultus similiter visi sunt, eorum scilicet, qui doctrina & literarum gloria spectati erant. De Trajano testatur Plinius, quod Prusæ in Bithynia statuam ejus in Bibliotheca positam viderit L. X. Epist. 85. Et de Numeriano Cæfare Vopiscus in *Vita ejus sub initium*: *Hujus Oratio tantum habuisse fertur eloquentia, scribit, ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi Rhetori decerneretur ponen-*

Imagines ex
qua materia
factæ, & quo-
rum positæ,
ubi de qui-
busdam, qui
se vivos de-
pingi nolu-
erunt.



ponenda in Bibliotheca Ulpia, cui subscriptum est: NUMERIANO CÆSARI ORATORI SUISTEMPORIBUS POTENTISSIMO. Ponebantur vero non mortuorum tantum, sed vivorum etiam imagines; de illis dubium nullum, istudque saltim observandum est, fictos fuisse subinde, quorum injuria temporum haberiri non poterant vultus, quale in Homero evenisse Plinius testatur, XXXV. 2. Vivos autem quod attinet, producimus eundem Plinium, qui de M. Varrone agens, ejus unius viventis effigiem in Afinii Pollionis Bibliotheca locum invenisse confirmat, VII. 30. Conf. quæ de Trajano Junior Plinius d. l. Placuit consuetudo isthæc ad nostram ætatem, qua imagines pictas & fictas, sed illas tamen maxime, ac eas quidem doctorum præcipue Virorum, sive vivant illi adhuc, seu mortui sint, conditi in Bibliothecis & conservari videmus. Ejus rei exempla commodius infra referentur, saltim hic observamus istud, fuisse quosdam temporibus nostris adeo modestos nimis, ut depingi & in Bibliotheca publica videre semet ipsos, probro sibi ducerent. De Paleotto, Velsoro & Pinello Chioccus, pictura exprimi viventes se dedita opera vetuisse, cum id vanitati ingenii & ambitioni adscribi deberet. Vid. Saubert: *Orat. II. de Biblioth. Norica* p. 97. Consentitque, quod Pinellum attinet, Gassendus, quando in Vita Peirescii: Hoc uno, scribit, ipsi (Peirescio) durus fuit, quod sui effigiem constantissime denegavit, pro eo, quo omnibus aliis ardentissime flagitantibus denegaverat instituto. Et Peirescius tamen, ut alios non nullos, sic illum nescientem pingi procuravit, conducto artifice, qui ipsius vultum e clandestino spectaret. L. I. p. 66. Edition. Hagiens: in 12. Ubi adducitur etiam Velsori responsio, quam Occoni imaginem petenti dedit. Quanquam de Pinello Gualdus, Encomiastes ejus,

ejus, ubi amicitiae mutuae & inter ipsos sacrosanctae semper habitae mentionem facit. *Hinc illa*, subdat, *deliberatio curaturos nos aliquando, ut pictor quispiam insignis nos in tabula iconicos delinearet, apposito videlicet emblemate aliquo, judice futuro apud posteros amicitia nostrae.* Vid. *Vita sa Barresio collectas p. 335.* Idem Gvaldus debere se prædicat iconiam Pinelli imaginem Cosmo duci Acheruntino, quam ipse alias nemini non pernegasset. Placet ipsa Gvaldiverba exp. 367. 368. hic addere: *Impetravit hoc, inquit, à patruo Cosmus, cum primum Patavium venit, eo consilio, ut Neapolim abduceret.* Cum enim Jo. Vincentius adolescentem animadvertisset indolis magna, maximeque in literis arbitraretur profectum, si vixisset, ipsum amare supra affinitatem cœpit, eo usque ad discedentis imaginem penes se detinere deliberaret, absentis utique desiderium lenituram. Non renuit ille, exposuit tamen, esse sibi in votis patrui imaginem, quando patrum non liceret, Neapolim apportare secum, ut patri cognatisque hac saltim ratione obtemperatum iret. His auditis, abnuere Jo. Vincentius, haud commissurum se unquam, ut gloriolam captasse eo facto videretur, tum demum à patrui constantia metuens petitioni sue Cosmus, obtulisti cœpit admonere que, videret, quid ageret, certum sibi esse, nisi invicem exoret, non stare promissis. Præbuit ille se difficultem diu, annuit tamen, & adolescentis optimi precibus iconem suam est elargitus. Pictor huic rei adhbitus, Franc. Appollodorus Venetus, Patavii jam diu habitans, cuius in ea arte studium ad antiquorum artificum laudem proxime accedit. Hic nobis penicilli ductu Pinellum Ducem ipsum & Aicardum in tabulis, quas ego adservo, suavissimum amicitia nostræ monumentum, ita expressit, ut nihil ultra desideret, qui illos de facie norit. Et hinc Studiosis fere omnibus (quotquot in Italia novimus) oblata nobilis occasio, bibliothecas & Musæa ornandi Jo. Vincentii Pinelli imagine &c. &c. Scribit ipse

C

ad

ME
O
non
de
est,
peri
nius
du-
ejus
neca
Tra-
c ad
illas
Vi-
di in
mpla
as i-
ode-
dere
Vel-
de-
rioni
orica
dus,
)du-
, quo
tuto.
pin-
stino
citur
ten-
astes
ejus,



ad Pinellum Scaliger, paucis se imaginem suam concedere,
Et si qui impetrarint eam, ab invito expressisse, Vid. Vitam Pi-
nelli p. 356. De Erasmo itidem refertur in Vita ejus, extor-
tum vix amicis precibus, ut se pingi pateretur, apud Batesi-
um p. 190. Similiter Theodor. Gattackerus necessario-
rum precibus nunquam adduci potuit, ut effigiem suam penicil-
lo exprimi pateretur, ceu repetit hæc ex vitæ ejus scripto-
re Saldenus de Libris L. I. p. 58. De Scioppio Thomas
Bartholinus de legendis libris Dissert. II. p. 65. Adduci nunquam
potuit, quanquam sepe ab amicis rogatus, ut effigiem suam
vel coloribus pictorum, vel ari cælatorum committeret: nescio an
fascini metu, quod adversariorum, quos Et magnos Et multos
habuit, præstigias timeret. Sed redeundum est in orbitam.

Imaginiæ in
qua Biblio-
thecæ parte
positæ.

XIII. Imagines, de quibus agimus, minores pluteis ple-
rumque ante suos quasq; libros impositas fuisse, arbitra-
tur Lipsius d.l. adducitque eam in rem Juvenalis versum:

Et jubet Archetypos pluteum servare Cleanthas.

Conf. Edm. Figrelium de statuis veterum c. 24. qui cum Lipsio
consentit. Favet illis Cicero, qui L. IV. ad Atticum ep. 9.
Mallese, scribit, in Bibliotheca Attici, in illa sedecula, quam ha-
beat sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum (Pompeji
& Crassi) sella curuli. Ita vero rite assignata est ista i-
maginibus sedes, cum spatiū, quod libris debetur,
non facile surripiat, & in codicū perlustratione nem-
inem moretur, neque, quod potissimum, quam eosdem
lucem capere oportet, intercipiat. Possunt pluteorum
sive Repositoriorum, quæ vocant, lateribus, quando ni-
mirum libero loco constituta isthæc, ut circumiri que-
ant, imagines etiam affigi. Neque minus eleganter Bru-
xellis in Patr. Jesuitarum Bibliotheca, fenestrarum lateri-
bus depictæ minoribus tabulis eruditorum effigies, im-
positis, in superiori fenestræ cujuslibet parte, eruditorum
patro-



patronis, affixæ sunt, ceu ex ore Viri cuiusdam Excellen-
tissimi didici, quin imo vacui Bibliothecarum parietes iis-
dem decore interdum replentur, ut non opus sit adeo,
quale fuit Keckermannii consilium, picturas & tabulas
cum exoticis & rarioribus naturæ operibus peculiariter
prope Bibliothecam domicilio, quod Θαυματορά-
μεῖον καὶ ἔξωτικοταμεῖον appellat, includere. Vid
Cappelli *Lection. Bibliothecar. Sect. III. Aa. 4.*

XIV. Tali vero imaginum collectione orna-
mentum quoddam gratiamque Bibliothecis conciliare
nisi sunt, quibus placuit institutum istud. Et recte qui-
dem dubio procul. *Nam si palestra, que corpus adjuvat, tan-*
ta impensa in plerisq[ue] urbibus statuitur, quanto magis Biblio-
theca ornanda erit? Quæ pabulum mentis bene instituta est, &
exercitatio animi ingenui, verba sunt Fr. Junii de Institut.
Reipubl. L. VIII. tit. 15. Veterum in ornatu tali curam tan-
git Lipsius Syntagmat. de Bibliothec. IX. & multum lau-
*datur Alexander VII. Pontif. quod, 'cum in Archigym-
nasio Romano Bibliothecam conderet, non multitudi-
ne tantum & varietate voluminum mentes eruditire, sed
operis etiam magnificentia oculos voluerit allucere, ad-
jeceritq[ue]; inde insignem iconum & tabularum ornatum,
quo legentium animi, intermisso studio, honeste oble-
ctarentur. Vid. quæ ex descriptione Archigymnasii i-
stius ab Italo quodam facta d. apud Spizelium *dissertat.*
Arcanis Bibliothecar. premissa §. VI. Aliud intendebat Pi-
nellus, de quo Gvaldus memorat, quod qui illaudata
τε πλεύσας ducti, nullius pretii homines Bibliothecam ipsius vi-
dere affectassent, sufficere dicitaverit, monstrari iis imagi-
nes illustrium Virorum, quarum decurias aliquas assertaverit; ad-
dit Gualdus: Invisenti sibi Pisaurensem Ducis Urbini Bibliothecam
*refertam optimorum librorum copia, admirantq[ue], quod esset**

Causæ pos-
nendi imagi-
nes & Bibli-
othecarum
ornamen-
tum,

sitionis
- 17 -
- 18 -
- 19 -
- 20 -
- 21 -
- 22 -
- 23 -
- 24 -
- 25 -
- 26 -
- 27 -
- 28 -
- 29 -
- 30 -
- 31 -
- 32 -
- 33 -
- 34 -
- 35 -
- 36 -
- 37 -
- 38 -
- 39 -
- 40 -
- 41 -
- 42 -
- 43 -
- 44 -
- 45 -
- 46 -
- 47 -
- 48 -
- 49 -
- 50 -
- 51 -
- 52 -
- 53 -
- 54 -
- 55 -
- 56 -
- 57 -
- 58 -
- 59 -
- 60 -
- 61 -
- 62 -
- 63 -
- 64 -
- 65 -
- 66 -
- 67 -
- 68 -
- 69 -
- 70 -
- 71 -
- 72 -
- 73 -
- 74 -
- 75 -
- 76 -
- 77 -
- 78 -
- 79 -
- 80 -
- 81 -
- 82 -
- 83 -
- 84 -
- 85 -
- 86 -
- 87 -
- 88 -
- 89 -
- 90 -
- 91 -
- 92 -
- 93 -
- 94 -
- 95 -
- 96 -
- 97 -
- 98 -
- 99 -
- 100 -
- 101 -
- 102 -
- 103 -
- 104 -
- 105 -
- 106 -
- 107 -
- 108 -
- 109 -
- 110 -
- 111 -
- 112 -
- 113 -
- 114 -
- 115 -
- 116 -
- 117 -
- 118 -
- 119 -
- 120 -
- 121 -
- 122 -
- 123 -
- 124 -
- 125 -
- 126 -
- 127 -
- 128 -
- 129 -
- 130 -
- 131 -
- 132 -
- 133 -
- 134 -
- 135 -
- 136 -
- 137 -
- 138 -
- 139 -
- 140 -
- 141 -
- 142 -
- 143 -
- 144 -
- 145 -
- 146 -
- 147 -
- 148 -
- 149 -
- 150 -
- 151 -
- 152 -
- 153 -
- 154 -
- 155 -
- 156 -
- 157 -
- 158 -
- 159 -
- 160 -
- 161 -
- 162 -
- 163 -
- 164 -
- 165 -
- 166 -
- 167 -
- 168 -
- 169 -
- 170 -
- 171 -
- 172 -
- 173 -
- 174 -
- 175 -
- 176 -
- 177 -
- 178 -
- 179 -
- 180 -
- 181 -
- 182 -
- 183 -
- 184 -
- 185 -
- 186 -
- 187 -
- 188 -
- 189 -
- 190 -
- 191 -
- 192 -
- 193 -
- 194 -
- 195 -
- 196 -
- 197 -
- 198 -
- 199 -
- 200 -
- 201 -
- 202 -
- 203 -
- 204 -
- 205 -
- 206 -
- 207 -
- 208 -
- 209 -
- 210 -
- 211 -
- 212 -
- 213 -
- 214 -
- 215 -
- 216 -
- 217 -
- 218 -
- 219 -
- 220 -
- 221 -
- 222 -
- 223 -
- 224 -
- 225 -
- 226 -
- 227 -
- 228 -
- 229 -
- 230 -
- 231 -
- 232 -
- 233 -
- 234 -
- 235 -
- 236 -
- 237 -
- 238 -
- 239 -
- 240 -
- 241 -
- 242 -
- 243 -
- 244 -
- 245 -
- 246 -
- 247 -
- 248 -
- 249 -
- 250 -
- 251 -
- 252 -
- 253 -
- 254 -
- 255 -
- 256 -
- 257 -
- 258 -
- 259 -
- 260 -
- 261 -
- 262 -
- 263 -
- 264 -
- 265 -
- 266 -
- 267 -
- 268 -
- 269 -
- 270 -
- 271 -
- 272 -
- 273 -
- 274 -
- 275 -
- 276 -
- 277 -
- 278 -
- 279 -
- 280 -
- 281 -
- 282 -
- 283 -
- 284 -
- 285 -
- 286 -
- 287 -
- 288 -
- 289 -
- 290 -
- 291 -
- 292 -
- 293 -
- 294 -
- 295 -
- 296 -
- 297 -
- 298 -
- 299 -
- 300 -
- 301 -
- 302 -
- 303 -
- 304 -
- 305 -
- 306 -
- 307 -
- 308 -
- 309 -
- 310 -
- 311 -
- 312 -
- 313 -
- 314 -
- 315 -
- 316 -
- 317 -
- 318 -
- 319 -
- 320 -
- 321 -
- 322 -
- 323 -
- 324 -
- 325 -
- 326 -
- 327 -
- 328 -
- 329 -
- 330 -
- 331 -
- 332 -
- 333 -
- 334 -
- 335 -
- 336 -
- 337 -
- 338 -
- 339 -
- 340 -
- 341 -
- 342 -
- 343 -
- 344 -
- 345 -
- 346 -
- 347 -
- 348 -
- 349 -
- 350 -
- 351 -
- 352 -
- 353 -
- 354 -
- 355 -
- 356 -
- 357 -
- 358 -
- 359 -
- 360 -
- 361 -
- 362 -
- 363 -
- 364 -
- 365 -
- 366 -
- 367 -
- 368 -
- 369 -
- 370 -
- 371 -
- 372 -
- 373 -
- 374 -
- 375 -
- 376 -
- 377 -
- 378 -
- 379 -
- 380 -
- 381 -
- 382 -
- 383 -
- 384 -
- 385 -
- 386 -
- 387 -
- 388 -
- 389 -
- 390 -
- 391 -
- 392 -
- 393 -
- 394 -
- 395 -
- 396 -
- 397 -
- 398 -
- 399 -
- 400 -
- 401 -
- 402 -
- 403 -
- 404 -
- 405 -
- 406 -
- 407 -
- 408 -
- 409 -
- 410 -
- 411 -
- 412 -
- 413 -
- 414 -
- 415 -
- 416 -
- 417 -
- 418 -
- 419 -
- 420 -
- 421 -
- 422 -
- 423 -
- 424 -
- 425 -
- 426 -
- 427 -
- 428 -
- 429 -
- 430 -
- 431 -
- 432 -
- 433 -
- 434 -
- 435 -
- 436 -
- 437 -
- 438 -
- 439 -
- 440 -
- 441 -
- 442 -
- 443 -
- 444 -
- 445 -
- 446 -
- 447 -
- 448 -
- 449 -
- 450 -
- 451 -
- 452 -
- 453 -
- 454 -
- 455 -
- 456 -
- 457 -
- 458 -
- 459 -
- 460 -
- 461 -
- 462 -
- 463 -
- 464 -
- 465 -
- 466 -
- 467 -
- 468 -
- 469 -
- 470 -
- 471 -
- 472 -
- 473 -
- 474 -
- 475 -
- 476 -
- 477 -
- 478 -
- 479 -
- 480 -
- 481 -
- 482 -
- 483 -
- 484 -
- 485 -
- 486 -
- 487 -
- 488 -
- 489 -
- 490 -
- 491 -
- 492 -
- 493 -
- 494 -
- 495 -
- 496 -
- 497 -
- 498 -
- 499 -
- 500 -
- 501 -
- 502 -
- 503 -
- 504 -
- 505 -
- 506 -
- 507 -
- 508 -
- 509 -
- 510 -
- 511 -
- 512 -
- 513 -
- 514 -
- 515 -
- 516 -
- 517 -
- 518 -
- 519 -
- 520 -
- 521 -
- 522 -
- 523 -
- 524 -
- 525 -
- 526 -
- 527 -
- 528 -
- 529 -
- 530 -
- 531 -
- 532 -
- 533 -
- 534 -
- 535 -
- 536 -
- 537 -
- 538 -
- 539 -
- 540 -
- 541 -
- 542 -
- 543 -
- 544 -
- 545 -
- 546 -
- 547 -
- 548 -
- 549 -
- 550 -
- 551 -
- 552 -
- 553 -
- 554 -
- 555 -
- 556 -
- 557 -
- 558 -
- 559 -
- 560 -
- 561 -
- 562 -
- 563 -
- 564 -
- 565 -
- 566 -
- 567 -
- 568 -
- 569 -
- 570 -
- 571 -
- 572 -
- 573 -
- 574 -
- 575 -
- 576 -
- 577 -
- 578 -
- 579 -
- 580 -
- 581 -
- 582 -
- 583 -
- 584 -
- 585 -
- 586 -
- 587 -
- 588 -
- 589 -
- 590 -
- 591 -
- 592 -
- 593 -
- 594 -
- 595 -
- 596 -
- 597 -
- 598 -
- 599 -
- 600 -
- 601 -
- 602 -
- 603 -
- 604 -
- 605 -
- 606 -
- 607 -
- 608 -
- 609 -
- 610 -
- 611 -
- 612 -
- 613 -
- 614 -
- 615 -
- 616 -
- 617 -
- 618 -
- 619 -
- 620 -
- 621 -
- 622 -
- 623 -
- 624 -
- 625 -
- 626 -
- 627 -
- 628 -
- 629 -
- 630 -
- 631 -
- 632 -
- 633 -
- 634 -
- 635 -
- 636 -
- 637 -
- 638 -
- 639 -
- 640 -
- 641 -
- 642 -
- 643 -
- 644 -
- 645 -
- 646 -
- 647 -
- 648 -
- 649 -
- 650 -
- 651 -
- 652 -
- 653 -
- 654 -
- 655 -
- 656 -
- 657 -
- 658 -
- 659 -
- 660 -
- 661 -
- 662 -
- 663 -
- 664 -
- 665 -
- 666 -
- 667 -
- 668 -
- 669 -
- 670 -
- 671 -
- 672 -
- 673 -
- 674 -
- 675 -
- 676 -
- 677 -
- 678 -
- 679 -
- 680 -
- 681 -
- 682 -
- 683 -
- 684 -
- 685 -
- 686 -
- 687 -
- 688 -
- 689 -
- 690 -
- 691 -
- 692 -
- 693 -
- 694 -
- 695 -
- 696 -
- 697 -
- 698 -
- 699 -
- 700 -
- 701 -
- 702 -
- 703 -
- 704 -
- 705 -
- 706 -
- 707 -
- 708 -
- 709 -
- 710 -
- 711 -
- 712 -
- 713 -
- 714 -
- 715 -
- 716 -
- 717 -
- 718 -
- 719 -
- 720 -
- 721 -
- 722 -
- 723 -
- 724 -
- 725 -
- 726 -
- 727 -
- 728 -
- 729 -
- 730 -
- 731 -
- 732 -
- 733 -
- 734 -
- 735 -
- 736 -
- 737 -
- 738 -
- 739 -
- 740 -
- 741 -
- 742 -
- 743 -
- 744 -
- 745 -
- 746 -
- 747 -
- 748 -
- 749 -
- 750 -
- 751 -
- 752 -
- 753 -
- 754 -
- 755 -
- 756 -
- 757 -
- 758 -
- 759 -
- 760 -
- 761 -
- 762 -
- 763 -
- 764 -
- 765 -
- 766 -
- 767 -
- 768 -
- 769 -
- 770 -
- 771 -
- 772 -
- 773 -
- 774 -
- 775 -
- 776 -
- 777 -
- 778 -
- 779 -
- 780 -<br

ornamentorum, tabularum videlicet signorumque in anis, Bibliotheca p̄fectum respondisse, dedita opera id factum, ut ne ita luc convolarent, qui re literaria non afficiuntur; multos enim bibliotecas inspectare, ut oculos, non ut animum oblectent. In vita Pinelli p. 336. At enim vero tenendus est hoc in studio modus, cavendumque, ne scena fiat, qui libris conservandis datus fuerat locus. Ridet Seneca privatos, qui libros in apparatus, ac exquisita ista & cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum in speciem & cultum comparant, de Tranquillitate animi c. 9. Lipsius vero, cum Isidoro, aurea lacunaria, cum aurifulgor oculos hebetet, plane improbat, & pavimentum e Caristii marmore constructum, quia viriditas visum reficit, commendat, Syntagmat. c. 9. Conf. de hoc colore Patricius d. supral. B. Morhofio picturæ, ad rem literariam non pertinentes, displicant, Polyhistor. Literar. L. I. c. 5. p. 34. Et notari me retur omnino apparatus plane scenicus Bibliothecæ istius, quam Cresollius, magnificis instrumentis, supellectile pretiosa, nitidissimis loculamentis, mirabili lampade, insigni horologio, lectulo etiam & grandi speculo instructam, in idea descripsit, petiturus e speculo isto occasionem totius de actione Oratoria Disputationis. Vacatio. autumnal. L. I. c. 6. ad 12. Concludo thesin verbis Magni Conringii: Ut optime matrona olet, quæ non olet, ita elegans ornata Bibliothecca est, quæ ineptiis & luxu ornata non est, contenta scilicet nativa quasi librorum suorum pulchritudine, de Biblioth. Augustap. 84.

¶ Memoria
Claror Vi-
rorum & ex-
citatio po-
sterorum ad
virtutem,

XV. Potuit eadem ratione conservari Virorum illustrium memoria, sancte & cum pietate perpetuo collenda; potuit leniri dolor ex obitu eorum, vel desiderium ex absentia ortum, quandoquidem

Omne reddit pictor orbi,
Mors quod atra sustulit.

ut



ut habet versus vetus Trochaicus apud Scheffer. *Libr.*
de arte pingendi p. 30. allegatus, & quia secunda sors cessit ar-
tificibus nostris dare famam rebus, judice Pacato, *in Panegyrico Theodosio dicto c. 44*. Inde Varronem pariter Plini-
us celebrat, quod, insertis voluminibus suis imaginibus,
immortalitatem dederit viris, munera istius inventio-
ne etiam Diis invidiosus, **XXXV. 2.** Habent itidem hoc
imagines, ut excitent latentes igniculos & semina, ad-
dantque stimulus ad faciendos in virtute & doctrina
profectus. *Saep audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, præterea*
civitatis nostra & præclaros viros solitos ita dicere, cum majorum
imægines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem
accendi, scribit Sallustius, præfat. ad Bellum Iugurthinum. Et
egregie prorsus Seneca: *Quidni ego magnorum virorum &*
imægines habeam incitamenta animi, & natales celebrem. *E-*
pistol. LXIV. Unde recentiori etiam ævo Laurentius
Pignorius Musei sui ostio hos versus inscribi curavit:

Sidera doctrina hic fulgent dignissima cœlo,
Quæ placidam illustrant non lævo lumine vitam:
Selige tu tibi, quæ instillent virtutis amorem,
Ut ne oculos tantum pictura oblectet amicos.

Vid. Tomasinus de *Bibliotheca & Museo Pignorii*, p. 19. Mi-
rum, cum apud Turcas nullum pene honestis artibus
pieturæve pretium sit, Mahometem tamen, famosum
ipsorum Monarcham, adeo hoc studio fuisse incita-
tum, ut gentium prope omnium Reges, rerum bello gestarum fa-
mainclytos, versis in linguam Turcicam historiis non modo scri-
ptis, sed imaginibus excellenti pictura expressis, representari, sibi
curaret, impetrato a Venetis ad id munus Gentile Bellino, pi-
ctore præstantissimo, ut gravibus exemplis magis ac magis ad ex-
tendendam famam accenderetur, quæ ita refert Jovius apud

Becmann. *Histor. Orbis Civil. c. XI.* p. 750. *Enim vero pictura adeo in intimos affectus penetrat, ut ipsam vim dicendi nonnunquam superare videatur, quam etiam ob causam cum Poesi ipsa & Eloquentia passim comparatur.* Neque inelegans est observatio Felicis Fabri, Ulmensis Monachi, viguisse ipsam cum eloquentia & cecidisse cum eadem: *Revixit, inquit, L. I. Histor. Svevor. c. 8. scientia & eloquentia, & ex consequenti, quæque ingeniosæ artes, ut pictura & sculpture. Amant enim se artes haad invicem. Ingenium pictura expedit. Ingenium eloquentia cupit non vulgare, sed altum & summum.* Mirabile dictu est, dum viguit eloquentia, viguit pictura, sicut Demosthenis & Ciceronis tempora docent, postquam cecidit facundia, jacuit & pictura, apud Hachenberg. *in Germania media, dissert. VI. p. 199.* Liquet ex his, quemadmodum non alio rectius loco imagines corporum, quæ animi vocamus domicilia, erigendæ sunt, eorum quidem, qui doctrinaliterisque inclauerant, reliquerantque libros, ingenii sui monumenta & fœtus, quam in Bibliothecis; ita nec melius easdem ad stimulos & incitamenta posteriorum ullibi potuisse collocari, quam in loco hujusmodi conspicuo, quique maxime frequentatur.

γ) Ipsorum
artificum ho-
nor & decus,
ubi de illis,
qui vitas pi-
ctorum scri-
perunt.

XVI. Quis vero neget, mereri ipsosmet artifices, ut tabulæ ipsorum reponantur in Bibliothecis, tanquam artium omnium elegantiorum theatris. Quod enim eruditis libri sunt, id pictori perito tabulas esse, merito arbitramur, ea nimirum monumenta, in quibus superstes sit, famæque sustineat perennitatem. Eleganter Bullartus in *Præfat. ad Academiam suam*: *Un peintre celebre a de l'etude aussi bien que l'artifice. L'histoire & la fable se representent par le pinceau aussi bien, que par le plume, & il n'est pas moins agreable de voir la Gyantomachie depeinte dans*

dans le Palais de Mantoue par Jule Romain, que de la voir décrite dans les vers d'Ovide. Ac meritorum quidem illorum rationem esse habitam non dubitamus Sane Joh. Holbeinii, celebris superiori seculo in Helvetia pictoris, imagines & tabulæ, non minus ad Basiliensis Bibliothecæ, quam ipsius Holbeinii decus conquisitæ sunt, quas ex vita ejus Encomio Moriæ, quod cum Commentariis suis & figuris Holbeinii Basileæ Ao. 1676. edidit Gerard. Listrius, præmissa, infra recensebimus. Neque facit non ad honorem Holbeinii, ejusdem Opera quædam in Pinacotheca Regis Christianissimi, tum in Thesauro Cæsareo Vindobonæ, tanquam singularia quædam *κειμήλα* servari, Vid. *Vitam Holbeinii* d.l. qualia vidisse se Londini in Anticamera Regis imaginem Henrici VIII. & liberorum ejus referentia Patin *Relation des voyages* p. 170. in Pinacotheca vero Ducis Florentini inter ceteras celeberrimorum Italiæ artificum tabulas Lassel *Voyage d'Italie Tom. I.* p. 197. memorant. Patina quoque, nobilissima Virgo, veraque Italiæ suæ Minerva, familiam Mori abs Holbeinio depictam inter reliqua Parentis sui monumenta deprædicat, in *Tabellis selectis*, quas superiori anno Patavii edidit, p. 190. Autographorum Leonardi Vincii, pictoris celebratissimi & inter bracchia Francisc. I. Galliæ regis demortui Volumina XII. Bibliothecæ Ambrosianæ, quæ Mediolani est, dicavit Galeatus Archonatus, in cuius rei & generosæ Archonati mentis, qui Jacobi I. Angliæ regis ingentes pro uno volumine promissiones repudiaverat, mémoriam, in pariete Bibliothecæ istius hæc expressa est inscriptio:

LEO



LEONARDO. VINCI.
MANU. ET. INGENIO. CELEBERRIMI.
LUCUBRATIONUM. VOLUMINA XII.
HABES. O. CIVIS.
GALEAZ. ARCHONATUS.
INTER. OPTIMATES. TUOS.
BONARUM. ARTIUM. CULTOR. OPTIMUS.
REPUDIATIS. REGIO. ANIMO.
QUOS. ANGLIÆ. REX. PRO. UNO. OFFEREBAT.
AUREIS. TER. MILLE. HISPANICIS.
NE. TIBI. TANTI. VIRI. DEESSET. ORNAMENTUM.
BIBLIOTHECÆ. AMBROSIANÆ.
CONSECRAVIT.
NE. TANTI. LARGITORIS. DEESET
MEMORIA.
QVEM. SANGVIS. QVEM MORES.
MAGNO. FEDERICO. FUNDATORI.
ADSTRINGUNT.
BIBLIOTHECÆ. CONSERVATORES.
POSUERE.

ANNO. M. DC. XXXVII.

Vid. Mabillon *Musei Italici P. I. p. 12. 13.* Inter pretiosæ regiæ Parisiensis Bibliothecæ memoratur Oppianus, Angeli Cretensis manu eleganter scriptus, & in margine ipsius animalium imagines, de quibus apud autorem mentio, ab Angeli filia depictæ, quæ obiter hic repetimus ex *Scaligeranis p. II.* Nolo jam excurrere in translationem de honore arti pictoriæ olim ejusque professibus dato, quando, Plinio teste, ea quidem in libralium numerum recepta, *XXXV. 10. Conf. Scheffer. de Arte pingendi §. 6.* His vero Imperatores magnis subinde Prive-

031



Privilegiis prospexerunt Vid. L. 8. C. de metat. & epidem.
Libr. 12. & L. ult. C. Theod: de excus. artif. libr. 13. tit. 14.
Illud observo, dignos oppido esse insigniores artifi-
ces, quorum memoria non eo solum, de quo jam a-
gimus, modo, sed descriptis seorsim etiam vitis con-
servetur, quicquid dieat Patricius apud Vossium *de
arte historica* c. 17. Est illud Morhofi votum, ubi de Vi-
tarum scriptoribus agit, L. I. *Polyhistor. Literar.* c. 19. qui
p. 231. Italorum hac in re studium, præcipue autem Ge-
orgii Vasari & Caroli Dati libros laudat; quibus ad-
dendi sunt Raphael Soprani, qui Ao. 1674. *Vitas Sculpto-
rum, Pictorum & Architectorum Genuensium* Italice edidit,
Carolus Cæsar Malvasia, cuius *de pictoribus Bononiensibus*
opus laudant Mabillon. *Musei Italici* p. 202. & Leti *Italia
Regnante P. III. L. II. p. 114.* nec non liber, qui 1641. sub titu-
lo *Minervalia Bononiensia* prodit. Laurentii Legati scri-
ptum *de pictoribus & caelatoribus Cremonensibus* recenset in-
ter alia ejus Opera Leti apud Morhofium L. I. c. 18. p. 213.
Franc. Junium pictorum omnium vitas integro sys-
temate describendas parasse, confirmat Morhofius, ocul-
laristestis, p. 231. cum quo ceu non absqueratione haud
adeo sollicitos esse ea de re Germanos nostros queri-
muri; ita multas debere nos gratias profitemur Joachi-
mo Sandrarto, qui in *Academia sua artis pictoriae* quorun-
dam nostræ gentis pictorum famam ivit conserva-
tum. Vid. de opere illo *Acta Erudit.* Anni 1683. p. 418,

XVII. Jamque adeo ad ipsas demum Bibliotheca-
cas devenimus, quas prout sumtu magno, nec levi indu-
stria antiqui condiderunt, ita in comparando isthoc e-
arum ornamento, non parum fuere diligentibus. Asinii quiorum:
Pollionis, Roma illud inventum, scribit Plinius, ex auro argen-
toque in Bibliotheca illos dicare, quorum immortales animæ in
iisdem locis ibi loquantur XXXV. 2. Aristotelis in Attici

D

Biblio-

Exempla Bi-
bliotheca-
rum ornata-
rum anti-



Bibliotheca depicti, mentio apud Ciceronem L. IV. Epistol. 9. Tiberium vero, cum Euphorione, Rhiano & Parthenio Poëtis admodum delectaretur, scripta eorum & imagines publicis Bibliothecis inter veteres & præcipuos autores dedicasse, narrat Svetonius, in *Vita ejus* c. 70. Silii Italici mortem, vitæque characterem & studia describens Plinius: *Multum ubique librorum, ait, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur, Virgilii ante omnes, cuius natalem religiosus, quam suum celebrabat.* L. III. Ep. 7. qui itidem L. IV. Ep. 28. Julius Severum rogat, ut in Herennii Severi gratiam Cornelii Nepotis & Titi Cassii imagines exscribi curet, quod eas Herennius magni æstimet ponere in Bibliotheca sua. Martialis autem, Epigrammate ad Stertinum scripto, quam gratum fuerit sibi, quod imaginem suam in Bibliotheca aliis non obscuris Viris jungere voluerit, clarissime testatur, L. IX. Epigr. I.

Recentiorum & quidem Italicarum.

XVIII. Sed properandum est ad nostræ ætatis exempla, subitque contemplationem primo statim loco Bibliotheca Vaticana, quam Sixtus V. Romanus Pontifex brevi temporis, aet longo gloriæ & magnificentiæ cursu erexit; Urbanus autem VIII pretiosis Heidelbergensis spoliis auctam vidit & ornatam. Magnum istius spatium picturæ variæ & inscriptiones occupant, nimiaque sua multitudine risum subinde movent justis rei Bibliothecariæ æstimatoribus. Vid. Conring. *de Biblioth. Augusta* p. 84. Depicta ibi sedecim Ecclesiæ Concilia ab una, & ab altera parte celebriores Orbis Bibliothecæ, ac homines præterea, primi literarum inventores, Adam, filii Sethi, Abraham, Moses, Esdras, Mercurius Trismegistus, Pythagoras, Chrysostomus, Hieronymus, Christus & Pontifex. Vid. Antonius Cicarella in *Vita Sixti V.* apud Made.



Maderum inter libellos Bibliothecarios p. 95. Mutius
Pansa in libro: *Ragionamenti della libreria Vaticana*, An-
gelus Rocha, Panvinii compilator, in *Historia Bibliothecæ
Vaticanae*, quos citat Morhof. L. I. c. XVII. p. 195. Proxi-
mum a Vaticana locum Ambrosianæ Mediolanensium
assignat Mabillonius, tum ob ædificii elegantiam, tum
ob librorum multitudinem, ornamenta insuper & faci-
lem accessum, *Musei Italici P. I. p. II.* Struxit eam Federi-
cus Borromæus, & ab Ambrosio, Mediolanensis civita-
tis Patrono, denominavit, cui postmodum accessio quæ-
dam facta est exigua Magni Viri Vincentii Pinelli li-
brorum parte, qui ex horrendo naufragio & immani
piratarum truculentia servati fuerant. Vid. de fato Bi-
bliothecæ istius *Gvaldus in Vita Pinelli p. 372.* Continet au-
tem Ambrosiana peculiari Museo codices MSCtos va-
rios, cumque illis selectas Clarorum Virorum imagi-
nes, teste Mabillonio d. l. & *Lasselio in Itinerario suo Italico
P. I. p. 144.* Venetiis eminet præ aliis Bibliotheca S. Mar-
ci, Cardinalis Bessarionis magnificantia codicibus mul-
tis, Græcis & Latinis, insigniter referta. Ejus statuas &
imagines laudat iterum Mabillonius d. l. p. 33. alterius ve-
ro, quæ S. Antonii dicitur, & a Cardinale Grimano posi-
ta est, Tomasinus in libro *de Bibliothecis Venetis publicis
& privatis*, qui Ao. 1650. Utini prodit. Bibliothecam
S. Augustini apud Patavinos D. Thomæ, Alberti M. &
Cardinalis Cajetani effigies inter alias ornant, referen-
te eodem Tomasono in *Præfat. ad librum de Bibliothecis Pa-
tavinis, apud Mader. d. l. p. 61.* Ferrariensi Bibliothecæ non
tantum ex variis MSCtis codicibus, sed ex rarissimis
quoque antiquitatis reliquiis, statuis & tabulis multum
pretii accedit. Vid. Lomeier *de Bibliothec. c. 10. p. 235.* The-
fauros illos plerosque collegit Pyrrhus Ligorius, Patri-

cius Neapolitanus, cuius, ut hæc addam velut in transi-
tu, Taurini in Bibliotheca insigne extat opus XXVI.
Voluminibus constans, quorum in primis exprimun-
tur & Italice explicantur numismata latina & Græca,
tum variæ inscriptiones & statuæ repræsentantur, una
cum Dictionario Geographico in VI. volumina distribu-
to. Emitopus istud Emanuel I. Sabaudiæ dux, octode-
cim millibus ducatorum, teste Mabillonio p. 8. Senis,
ad latus Ecclesiæ Cathedralis, Bibliotheca est depicta,
continens eleganti ordine res gestas Æneæ Sylvii, Pon-
tificis postea Romani, sed facit librorum, quæ ibi est,
penuria, ut in admirationem ejus nemo facile abripia-
tur. V. Lomeier p. 240.

Escorialien-
sis in Hispa-
nia.

XIX. Magnificum est, & stupendum plane, quod
Philippus II. Hispaniæ Rex in memoriam victoriæ ad-
versus Gallos obtentæ in Escoriali ædificium extruxit,
cujus partem non minimam Bibliotheca occupat, in lon-
gitudine centum octoginta quinque pedes, & in latitudi-
ne triginta duos habens. Pavimentum ejus, parietes &
plutei marmore & auro undique splendent, visuntur
que passim diversarum artium ibi imagines. Habet Bi-
bliotheca tria diversa conclavia, in quorum primario omnes de-
pictæ videntur facultates, ad pedes autem cuiusvis picturæ ejus
facultatis libri omnes concinno ordine locati sunt, omnes inau-
rati, ejusdemque compacturæ. Ibidem ingens etiam positus est
liber, in quo omnis generis animantia, quæ in universo terra-
rum orbe usquam conspecta sunt, suis coloribus adumbrata con-
spiciuntur. Alterum conclave meros continet MSCtis libros
Latinorum, Græcorum & Hebraicorum Theologorum, quibus sin-
gulis autorum suorum imagines præpositæ sunt. Similiter & tertii-
um solis MSCtis refertum est, variorum autorum ac faculta-
tum, puta historicorum, poëtarum, artificum, variarum etiam
lingua-

Engvarum. Quibus similiter & sui autores, quantum fieri potuit, ad vivum depicti adjuncti sunt; Verba sunt Quadi ex Enarrat. Geograph. L. VII. adducta apud Conring. de Bibliothec. Augusta p. 80. Caroli V. Philipporum II. III. IV. cerni præterea hic imagines, nec non Johannis Austriaci, cum duabus laternis, quibus in magno prælio naval, quod Ao. 1671. commissum fuit, usus est, testatur Lomeier c. 10. p. 270. 271. Conferat, cui ad manus est liber, descriptionem Bibliothecæ Scorialensis, quam Museo suo Ao. 1636. edito Claudius Clemens subjicit, teste Morhofio L. I. c. XVII. p. 191.

Germani-
carum

XX. In Germania nostra præcipua est Bibliotheca Vindobonensis, provida Maximiliani II. cura instruta, & subsequentium Imperatorum magnificentia ad tantam gloriam perducta. Ejus Historiam & Catalogos vastis Commentariis adornavit Petrus Lambecius, celeberrimus Polyhistor, in quorum L. I. P. I. quæ est Epistola ad Slusium, Consiliarium Electoris Colonensis, de itinere suo per Italiam & præfectura Bibliothecæ istius f. 68. ubi de accessione Bibliothecæ Fuggerianæ per Matth. Mautherum, Canonicum Viennensem, facta, agit, inter alia Fuggeri quoque imaginem secundum justam corporis magnitudinem depictam pervenisse ad illam scribit; Carolus vero Patinus picturas miniatas, Ducum Burgundiæ munus, tum alias abs Rubenio, Raphaele, Durero cœptas, vidisse se scribit, *Relation des Voyages &c. p. 12.* Sequitur illam Augusta, quæ est in arce Wolfenbüttelensi, singulari Augusti Principis diligentia & regiis plane sumptibus ad justam maturitatem ereta. Ejus admiranda peculiari ad Illustr. Baronem a Boineburg epistola explicat Conringius, in qua tametsi instructam neget eam ab iis deliciis, in quibus quarun-

dam unica fere laus ponitur, easque luxum inerum & insaniam vocet, hominum non studiis sed superbæ ostentationi Bibliothecas condentium, p. 83. idem tamen p. 84. imaginibus honorem suum libenter defert, fuisseque sibi eas, procul adhuc ab hominum literis illustrium confortio viventi, quasi Miltiadis trophæa, scribit, & habere Augustam imaginum multis voluminibus ære expressarum affatim, confirmat. Imo vero habet eadem etiam extra volumina Lutheri effigies plurimas & Mazarini insuper Cardinalis, ex cuius Bibliotheca Thesauros possidet insignes, Erasmi insuper, tum & Rosenmüller, celebris Musici, ad pluteum eum, in quo Musicalia ipsius asservantur. Paulinæ Bibliothecæ, quæ est in hac Academia, historiam peculiari Oratione Ao. 1676. texuit B. Fellerus, solertissimus istius per aliquot annos Moderator. Ea, præter Professorum Almæ hujus, qui per hos triginta annos potissimum docuerunt, effigies, tabulas habet Electoris sui Jo. Georgii III. heroicam faciem, Gustavi Adolphi, Svecorum Regis, & Franc. Razivillii, qui Ao. 1629. fasces Academicos hic gessit, Theologorum insuper summorum, Lutheri, Chemnitii & Gesneri; Polyhistorum, Justi Lipsii, Barthii, Reinesii & Daumii; Philosophorum, Copernici & Keckermannii; tum Musicorum itidem celeberrimorum, Herm. Scheini ac Wernerri Fabricii vultus exhibentes. De Norica Saubertus Orat. II. p. 97. Gratulamur & huic Musarum & Apollinis templo, quod ex optimorum artificum manibus effigies Homeri, Erasmi, Lutheri, Phil. Zasii, Donelli, Palmæ, imo Augustissimorum Regum, Principum, Comitum, Baronum posideat.

Basileensis
in Helvetia. XXI. Ex Basileensi apud Helvetos Bibliotheca memorare jam placet istas tabulas, quas læva Johannis Holbeinii manus confecit. Recensentur vero in vita Holbei-



Holbeinii, quam Gerard. Listrius Moriæ Encomio, cum
Commentariis suis & figuris Holbeinii Basileæ Ao. 1676.
edito, præmisit hoc ordine .1. *Corpus Domini nostri J. C.*
mortui jacens. 2. *Cæna Domini nostri cum Apostolis.* 3. *alia Cæ-*
na J. C. in Linteo picta. 4. *Christus columnæ alligatus a carnifi-*
cibus irrigatus. 5. *Tabella lignea utrinque picta;* hinc Ludimagi-
ster duos adolescentes docet, alterum legere, alterum scribere, il-
linc idem Ludimagister puerum docet literas A. B. C. 6. *Imago*
obliqua Erasmi, scribentis Paraphrasin in Evangelium D. Marci.
7. *Imago ejusdem minor circularis.* 8. *Imago Bonifacii, Amer-*
bachii Jcti. 9. *effigies mulieris sedentis, puellam gestantis, puerum-*
que manu foventis, illam dicunt Holbeinii conjugem, hos vero li-
beros. 10. *effigies nobilis mulieris Lusatiae, cum pueroludentis* 11.
effigies formosæ mulieris, cum hac epigraphe: LAIS CORIN-
THIACA 1526. 12. *Adamus & Eva ēv τροτομῆ* 13.
Tabellæ duæ junctæ, colore albo & nigro pictæ, quarum altera Chri-
stum refert, sedentem in porticu eleganti, nudum, spinis corona-
tum & mærentem, altera B. Mariam Virginem, orantem in tem-
plo. 14. duo capita Sceleta. 15. *Imago Jo. Holbeinii bireto rubro,*
veste alba &c. &c. Conf. Carolus Patinus *Relations des*
Voyages p. 122. seqq. Ubi de Museo, abs Erasmo & Amerba-
chii fundato, quod Ao. 1661. ad Academiam Basileensem
pervenit, prolixè agit. Meminit quarundam etiam
Burnetus in *Itinerario suo p. 251. edit. German.* Ipsius vero
Holbeinii merita recenter collaudavit Bullart in *Acade-*
mie des sciences & des arts Tom. II. L. VI. p. 411.

XXII. Oxoniensis in Anglia Bibliotheca Bodleja- Oxoniensis
na dicitur à Bodlejo, primo ejus fundatore. Magnæ fa- in Anglia.
mæ est & nominis, postquam Thesauri ejus ex editis
Jamesii & Thom. Hyde Catalogis innotescere cœperunt.
Bodleii statua inter alias ibi extat, transmissa eum in fi-
nem Oxonium a Thom. Sackville. Vid. Wood *Antiquitat.*
Oxoni-



Oxoniens. L. II. p. 53. qui itidem L. I. p. 342. Imaginis Caroli I. Regis ad illam perlatæ mentionem facit. Eilegavit Bibliothecam suam & marmora rarissima Joh. Seldenus, in cuius rei memoriam statua est ipsi posita Vid. Humfred. Prideaux in *Præfat. ad Marmora Oxoniensia & VVood d. l. L. II. p. 53.* Servantur præterea in peculiari ad latus Bibliothecæ Camera imagines doctissimorum Virorum, Th. Mori, Scaligerorum, Casaubonorum, Grotii, Usserii, Pauli Sarpii, cum adscriptione: Concilii Tridentini Eviscerator, Jo. Hevelii, Galilæi &c. Thomæ Bodleii effigiei præter alia adscripti versus:

*Thomæ Bodleii, quicquid mortale, tabella,
Ingentemque animam Bibliotheca refert.*

Quæ ita ex literis Amici Londini scriptis didici.

XXIII. Inter Batavas Lugdunensis eminet cum Ultrajectina. Illa quidem Gvilielmo Auriaco Principi debet natales suos, & insigni Clarorum Virorum, Joh. Holmani, Secundi, Jos. Scaligeri liberalitate, tum etiam codicum Golii & Erpenii, nuperque admodum Vossianæ Bibliothecæ accessione in molem succrevit elegantem. Ornamenta habet effigies Principum Auria- corum, Gvilielmi conditoris, & Mauritii filii ejus, inde Professorum aliquot, tum in tabula passus decem & septem longa Urbem Constantinopolin, admirando ar- tificio calamo pietam. Vid. Meursius in *Athenis Batav. L. I. c. XIII. p. 37.* Hanc in choro Templi D. Johannis Hu- berti Buchelii conditoris sui imaginem ad sempiternam beneficii sibi exhibiti memoriam conservare, docet Lo-

Exempla Bi- meier de Bibliothec. c. 10. p. 255.

XXIV. Istæ sunt Bibliothecæ publicæ, quas com- memorare hic operæ ratus sum pretium. Dum vero privatim etiam nonnulli & in suos potissimum usus Bi- bliothecas erigere solent, iisdem subinde etiam orna- tum

Batavica-
rum.



tum petunt ex imaginibus Clarorum Virorum tabulis-
que aliis. Et meretur hoc studium benignam omnino
interpretationem, si stet intra modum, neque cum alio-
rum invidia familiari rei nimium importet detrimen-
tum. Pinellus enim alias, & recte quidem, Gvaldo te-
ste in Vita ejus, non ferebat privatorum in coacervan-
dis numniis, gemmis, naturæ rarioribus, insaniam, opes
suas in fortunarum suarum damnum exhauriens.
Miranda hic cum primis est Franc. Barberini Cardina-
lis magnificentia, de cuius Cimeliotheca jam supr. n. IX.
sermo nobis fuit. In Bibliotheca vero incertum, utrum sit
~~admirabilior amplitudo & ornatus, an nuce & materia sculptura,~~
~~columnis & coronis distincta, an pluteorum undeno ordine dupli-~~
~~cem per ambulationem recurrentium concinnitas, an vero vo-~~
~~luminum innumerabilis copia, prout hæc refert Königius in~~
~~Dissertat: de studiis Virorum illustrium in condendis Bibliothecis,~~
apud Capellum Lection. Bibliothecariar. Sect. IV. Dd. 7. Vin-
centius Pinellus, Eruditorum ævi sui facile princeps, cum
ipsi Nicolaus I. Patricius Epidauricus, Patavii diem obi-
ens Ao. 1582. non paucas Clarorum Virorum imagines le-
gasset, arripuisse dicitur hoc studium, grandique accessi-
one Bibliothecam, conclavia, atrium, ejusmodi ornatu
honestasse, morisque fuisse plerisque tūm, cum libris i-
magines etiam suas Bibliothecæ ejus dicare. Celebra-
vit istas Pinelli tabulas eleganti carmine Hieronymus
Alexander Junior, cuius initium est:

Quæ præclara tuos ornant simulacra penates,
Heroum, Pinelle, decus, virtutis alumne?

Vid. Gvaldum in Vita Pinelli p. 356. Edit. Bathesian. ubi
carmen illud totum extat. Prorsus autem jucundum
est scire, quid contigerit ipsi aliquando, & quo usu fu-
erint Baronii & Bellarmini depictæ imagines. Nar-
ravit

E



ravit id Pinellus Peirescio amico suo, ex cuius ore Gaf-
fendus his verbis repetit. Cum, inquit Pinellus ad Pei-
rescium, summus Pontifex ante annos tres venisset Ferrariam
dignati sunt illi me invisere, sed tacitis nominibus habituque
dissimulato, adeo ut se Presbyteros simpliciter asseverarent. Ipse
ex eorum iconibus, qui viri essent, statim cognovi, sed fingens ta-
men me ignorare, in eam Musei partem deduxi, in qua viro-
rum illustrium ac ipsorum specialiter imagines erant conspicua.
Ostensa autem Baronio Bellarmini facie: Num hæc imago, in-
quam, o! bone, socium istum tuum representat eximie? Et ostensa
Bellarmine, quæ Baronii aderat; Num hæc quoque, inquam, so-
cium istum tuum exquisite refert? Actum illi delusos se, cum de-
luderent, agnoscentes, in amplexus prolapsi sunt, in Vita Peirescii.
L. I. p. 56. Caroli a Puteo domicilium ita laudat Mabil-
lonius, ut præter libros & numismata, omnes fere gra-
tias picturarum totius antiquitatis Romanæ sedem ibi fi-
xisse, scribat, totum Virgilium totumque Terentium
elegantissimis picturis expressos esse addit, magnique fi-
eri alias inter tabellas illas septem Ecclesiæ Sacramento-
rum ingeniosas picturas, abs Nicolao Possino Gallo a-
dornatas Musei Italici P. I. p. 143.

Peirescius,
Thuanus, Pa-
tinus in Gal-
lia erexe-
runt.

XXV. Peirescius immortalium meritorum Vir,
& magnus, Morhofio judice, librorum venator, picta-
rum tabularum studiosus ita erat, ut tapetum loco fuerint
ipsi icones præcipuorum amicorum virorumqne illustrium, Vid.
vitam ejus a Gassendo scriptam L. VI. p. 490. Hinc & pi-
ctores aluit, & tabulas varias imaginesque obtinuit, quarum
præstantiam dijudicare, si quis alijs, maxime norat. Frequent-
ter vero testatus est, pœnitere se maxime, quod a teneris usque
annis pingendi artem non didicisset; optareque, si fieri posset, di-
gitis duobus sinistre manus redemptam peritiam, qua dextraca-
reret. p. 564. Statim in teneris adhuc annis habere curavit

icones



icones celebriorum Jurisconsultorum, ut cum in illorum respon-
sa interpretationesque incideret, fieret memoria tenacior ex
concepto cuiusque vultu, p. 22. Idem felicitati sibi vertebat,
habere simul Claudii Salmasii, Petri Puteani, Hieronymi Bi-
gnoni aliorumque amicorum icones p. 288. Eadem indu-
stria suminorum Virorum imagines Thuanus conges-
sit, cuius unius laus fuit, confidere numeris omnibus
absolutam Bibliothecam, quale est de eo judicium Ca-
sauboni in *Epistol. ad ipsum* p. 299. edit. Grævian. Catalogus
Imperatorum, Regum, Principum, Cardinalium,
Virorum itidem aliorum & fœminarum illustrium,
quos quidem depictos habuit in Bibliotheca sua, extat
ad calcem Catalogi Biblioth. Thuanæ, quem summo
studio edidit Joh. Quesnelius p. 531. Gvidoni Patino si-
militer voluptati fuit, Bibliothecæ suæ pari ornatu pro-
spicere, unde Erasmi, Scaligerorum, Casauboni, Mu-
reti, Grotii, Heinsii, Salmasii, Thuani, Naudæi, Lipsii
& aliorum vultus sibi comparavit. Vid. *Epistolas ejus*
Gallicas P. I. Ep. 50. p. 212. edit. novæ, lætaturque in primis,
dono sib datam imaginem Salvatoris, pendentis in cru-
ce, ad cuius basin ipse cum conjugé sua, patre itidem
& matre, nec non Erasmo & Jos. Scaligero procum-
bens depictus erat, *Epistol. 34.* p. 104. 105. Edition. prima Ma-
resius illam ejus ea in re jure industriam commendat, *Epi-
stolar. L. I. Epistol. 34.* ubi simul imaginum doctorum Vi-
rorum, pictarum in tabulis & armariis super imposi-
tarum in Bibliotheca Richeliana facit mentionem. Æ-
mulatur in eo dubio procul studio patrem suum do-
ctissimum filius Carolus Patinus, avum certe neptis
Gabrielis Carola Patina, quæ, quantum æstimare so-
leat id genus picturas, prodidit luculento volumine sub-
titulo: *Tabella selectæ & explicatae*, in cuius fine p. 201. ipsa

tabulam, familiam suam, patrem scilicet & matrem avumque, cum sua & sororis facie exhibentem, Orbi eruditio communicavit.

Digressio de
Viris erudi-
tis, qui picto-
riæ arti ope-
ram dederunt.

XXVI Quando ægre tulisse Peirescium, quod pictoriæ artem exercere a teneris non didicisset, supra retulimus, subeunt memoriam nunc quorundam exempla, qui tametsi in literarum studiis toti essent alias, penicillo tamen arrepto, lineas subindeducere & miscere colores fategerunt. Id de patre suo testatur Joseph. Scaliger, quod herbas, in quibus conquirendis bonam facultatum partem consumserat, suapte manu vivis coloribus pinxerit, Vid. *Prima Scaligerana* p. 83. nactus in arte illa præceptorem Durellum, excellentem pictorem p. 76. Dominus de Saint Jousy cum Mechanicis disciplinis & Musica arte pictoriæ exercuit, pictor adeo industrius, ut semel modo visum absens exprimere, ac reddere melius potuerit, quam quivis alias pictor præsentem. Vid. iterum *Prima Scaligerana* p. 94. Hubert. Golzius cum literarum studiis picturam tam scite conjunxit, ut Daniel Rogiers Anglus hoc eum Epigrammate dignaretur:

*Golzion arte parem pingendi cernis Apelli,
Sculpendique parem, culte Lysippe, Tibi,
Notitia Imperii Graji, pariterque Latini
Varroni similem Pausaniæque simul.*

Vid. Bullart: *Tom. I. L. II. p. 162.* Ipse de se testatur Thuanus, quod artem illam calluerit, *de Vita sua L. I. p. 1281.* Neque defuit sibi in hac Anna Maria Schurmannia, elegantiarum omnium literarumque Virgo. Ipsa effigiem suam aliquando cera formavit, ejusque occasione versus fudit sequentes:

Non



*Non mihi propositum est, humanam eludere formam,
Aut vultus solido sculpere in ære meos
Hæc nostra effigies, quam cera expressimus. Ecce
Materia fragili mox peritura damus.*

Bullart Tom. II. L. III. p. 231. Ejusdem faciem, propriis manibus depictam; vidisse se cum hoc disticho:

*Cernitis hic picta nostros in imagine vultus,
Si negat ars formam, gratia vestra dabit.*

scribit Eduard: Brovvne in Itinerario suo P. I.L. I.c. 8.p. 24.
Edit. German: Imo vivit hodienum celebris inter Societatis JEsu Patres, Andreas Puteus seu Pozzo, ad miraculum & in vidiam ipsorum artificum in pictura eruditus. Posseent plura adjici, sed cum digredi placuerit solum, non opus est, ut integrum exemplorum hujusmodi Catalogum necesse ingrediamur.

XXVII. Hæcque sunt adeo, quæ spectare in Bibliothecis animus erat, quibus dum finem nunc impunitus, fas est, votum addi, ut Deus, qui statore est literarum rei & sustentator, conservet apud nos, cum literis, honestarum artium studia, & lætissimis incrementis proferat perinde, ac Viros sufficiat, qui iisdem excolendis indies operam suam enixe navent. Curet idem ac protegat benigne Bibliothecas, & in illis, quos ex pristina ætate retinuimus, aut quos nostra secula largiuntur, Thesauros, faciatque, ne desint unquam subsidia, quibus ignorantiam & nostræ mentis cœcitatem, ac quævis demum impedimenta eluctari, tum ipsam potissimum barbariem, ne caput efferat, profligare queamus. Exurgant viri, diuque sint superstites, qui famam sibi & studiis gloriam concilient, ætatemque suam agant in literis; ut, siue ex scriptis eos noscamus, siue depictedos spectemus in tabulis, stimuli excitentur in nobis ad virtutem, lætandique semper occasio emergat.

Votum pro
artium &
Bibliotheca-
rum con-
servatione.

Ad-

Thu-
p. 1281.
nia, e-
a effi-
asione
bi-mol
tolucit
Non



QXII ad

ADDITAMENTA.

Merito Isaac: Casaubonus in Dedicat.

Histor: Polybian: ad Heinricum
IV. p. 52. Polybiuin omnibus
Græcorum & Romanorum Hi-
storicis ante ponit, & passim, ut in-
signem civilis prudentiæ & dis-
ciplinæ militaris doctorem, com-
mendat.

Cum quo nemo rectius per omnia
comparabitur, quam Thuanus,
præeunte Bœclero in Dissertat. de
utilitate ex historiæ Universalis
contextu capienda.

Præclare omnino meritus est de tot
S. Patribus Erasmus, creditque
Vossius Epistol. LXV. anteponi
posse ipsum utrique Scaligero, seu
ætatem spectes, qua vixit, seu labo-
rum merita.



102

200

Pon 12.8.2009

ULB Halle
004 390 075

3





